



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres

Tylkowski, Wojciech

Oliva, 1686

In Funere cujuslibet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

Hos equos considero in curru funebri defuncti. *Ferculum sibi fecit Salomon de lignis Libani. Columnas argenteas, culcitram auream, gradus purpureos, simili defunctus devehitur. Jam illi precemur. Uade in partes seculi sancti. Ultimum reddunt obsequium Filii, famuli, subditi, abi eò, ubi neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra.*

In Funere cujuslibet Fragmentum.

Nemo in tam brevi tempore gesta defuncti potest explicare. Deduceret quis à Patre, insignis, à Matre, sed ut Puteanus. *Quorsum orationis splendor in lugubri horrore? quorsum verborum officiosa circa sepeliendos mortuos sollicitudo? Otiosa cura ea mortuis ingerere, quæ nec illi sentiunt & nec eorum exemplo docemur illa contemnere.* Sed tamen Eccl. 22. *Plora super mortuum quia defecit lux ejus, Plora non perora, hoc faciam, quia Seneca de Consol. impietas in funeribus verba fundere, ubi etiam renitentibus lachrymæ excidunt, taceat ergo lingua ubi loquitur pupilla, & animum perfusa levat.*

De morte justii Pl. 115. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Si mors, quæ est privatio, potius pretiosum corpus. De anima. 2. Cor. 4. *Habemus thesaurum in vasis fictilibus itaque pretiosior, sed tamen, Pl. 33. Custodit Dominus ossa sanctorum suorum.* Quare Joseph adjuravit Fratres. *Asportate ossa mea vobiscum de loco isto, hunc thesaurum hodie spectamus.* Alterum quod hic deponitur est Spes 2. Theff. 2. *Gloriamur in spe gloriæ filiorum DEI.* Spes terrena Sap. 3. *Vacua est spes illorum, Cælestis Rom. 5. Non confundit, ut humana.* Theodosius Imp. sepulchro suo curavit inscribi. *sanitas. Spem suam ostendens, Job. 19. Illis se solatus. scio quòd Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum, reposita hæc*

est spes in sinu meo. Ita decessit N. in spe, erat in spe, in vita, in
 suis laboribus. Eccl. 31. *Beatus vir qui post aurum non abiit.*
 Mortuus sub onere publico vitam finivit, Cassiod. *Hoc ipsam*
grande doloris solatium, venantium sub onere Resp. fractum ceci-
disse. Non magnus sonitus cum rami cadunt, sed magnus cum
 integræ arbores. Quomocumque cecidit N. tamen cecidit ut
 arbor. Thren. 1. *Abstulit magnificos meos de medio mei.* Quæ-
 situs Agesilaus cur muris urbes non cingeret? dixit. *Non sa-*
xis & lignis, non manibus & vallis muniri civitatem, sed circum
fortitudine. Cecidit talis murus. Quærit Ps. 14. *Quis habita-*
bit in tabernaculo tuo? respondet. *Qui operatur iustitiam &*
non egit dolum in lingua sua, & opprobrium non accepit adversus
proximum suum. Hoc in defuncto fuit. Justus fuit cum subdi-
 tis, vicinis. Mortuus bene dispositus. Verbis ad vos Audit-
 uor S. Hieron. epist. 5. *Audistis laudes eius, cuius semper vir-*
tute letati estis, non doleatis quod ealem amiseritis, sed gaudete
quod ealem habueritis. Deponite corpus ejus, Job. 29. *In ni-*
dulo meo moriar. Ps. 131. *Hæc requies mea, hic habitabo quoniam*
elegi eam; faciamus, Revertatur pulvis in terram suam. Ferd.
 de S. Jacobo in Funere Philippi 2. Hic p. scribit statuam
 æneam repertam cum Infer. *Quando ad Calendas Aprilis sit*
feriet meum caput, aureum caput habebō. Variæ interpretatio-
 nes, illa optima, ubi umbrâ die illo ex capite in terra desiet,
 ibi thesaurus. Doctrina nobis, hoc caput monstrat thesauros,
 umbra est vita nostra. Sap. 5. *Quid profuit nobis superbia, &*
divitiarum jactantia? transferunt ista omnia velut umbra. Vo-
 bis ostendit divitias in sepulchro si vos ad illas apteris. Luc. 12.
Facite vobis thesaurum non deficientem in cælis, fecit hoc defun-
ctis, in morbo. *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtu-*
tum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini, Beati qui ha-
bitans in domo tua. Clavim ad cælum ostendit Rupert. *Præ-*
cipit

cipes mundi plerumque ad regnum deducit elemosyna, eosque manu suâ Regi cœlesti repræsentat. Hâc viâ ad cœlum, aliâs facilius camelum intrare per foramen acûs quam divitem in regnum cœlorum, alia mediâ ægrè divitibus succedunt. Oratio qualis? &c. Chrylost. *Sola elemosyna est cui porta cœlorum aperiuntur, & illâ intrante nullus janitorum audeat dicere, quæ es tu? aut unde venis?* Hâc usus defunctus facile per portas cœli transit, jam illum Christus salutat. *Euge serve bone, &c.* Interea quia est severa DEI justitia, oremus pro defuncto.

In Funere cujuslibet Fragmentum.

Multa de familia, multa de ipsius defuncti gestis possem dicere. Solùm dicam, de pueritia, Adoleſcentia, & virili ætate defuncti, quòd in omni fuerit perfectus.

Natus, &c. Educatus ut Filius Constantini de quibus Baronius. *Constantinus magnus in tribus Filiis Constantino, Constantio, Constante, semina pietatis sparsit, tùm suis divinis præceptionibus, tùm Magistrorum diligentia, quos omnibus virtutibus eis insignes præfecerat, quemadmodum & in aliis disciplinis eos adserverat qui essent in suo genere consummati.* Quare dici de illo potest, quod de S. Eleazaro. *Apuero optima conversationis erat, & secundum sancta condita à DEO leges constituta educatus, tùm in scholis, tùm extra Patriam.* Jam quid egit Adoleſcens. Quid vir, ornavit domum dignitate Matrimonii, Amore in proximos, observantiâ in Principem, pietate in Patriam, Religione in DEUM, & S. Ecclesiam, in his agebat, ut de illo poscit illud Nazianz Orat. 10. dici. *Majores suos generoso impetu assequabatur, nec à summo illorum virtutis agitationibus longo intervallo distabat.*